



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Iuramentum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

4 Tabellio, nisi à Principe creatus nō potest extra suum territoriū instrumenta conficere.

*Vide Syl. Tabellio nu. 4.

5 Tenetur Tabellio rogatus conficere instrumentum, quia id iuravit.

*Vide Fum. vers. Notarium, Sylu. Tabellio numer. 5.

6 Tabellionis, cum haberi non potest, vicem supplent duæ personæ honestæ.

*Fum. l. c. num. 2.

7 Tenetur Tabellio de damno ex imperitia.

8 Notarius Visitatoris si non est de eius familia, nec habet salarium ex publico, potest aliud accipere à visitatis, nisi statuo, aut consuetudine prohibeatur.

*Vide Syl. Visitatio nu. 5.

9 Procurator in iudicio potest esse quis ante vigesimum quintum annum, & in causis spiritualibus laicus.

10 Procurator non potest de quota pacisci.

Iuuenis.

1 Iuuenem intelligunt Doctores, cum loquuntur de periculo incontinentiæ, vsq; ad annum quinquagesimum.

Iuramentum.

1 Iuramenta non sunt, In mea fide, In conscientia, In fide Christiani, In fide Religiosi, In veritate: tantum enim significatur,
Ita

Ita est, seu Verum est; nisi quis intendat iurare: nam iuramentum pendet ex intentione dicentis. *Vide Aug. epist. 89.* qui iuramentum n. censet, Deus scit me dicere verum: & quidem illud D. Pauli, Coram Deo, quia non mentior, iuramentum est.

* *Vide Azor. l. 11. à c. 1. Sot. l. 8. q. 1. Nauar. c. 12. Val. t. 3. d. 6. Couarr. p. 1. in c. Quamuis, de pactis q. 7.*

In mea? *Azor. l. c. c. 2.* initio sed si receptum sit, vt tanquam iuramenta accipiantur, iuramenta sunt. *ibid.*

* *Vide Fu. vers. Iuramentum nu. 32.*

2 Iurare per creaturam non referendo in Deum, sed per ipsam; quantum potest, veritatem confirmando, peccatum quidem graue est, sed iuramentum propriè non est.

* *Nau. num. 5. vide Azor. l. c. q. 5.*

3 Assuetum falsò iurare, etiam cum verum inaduertenter iurat, peccare mortaliter, quidam aiunt, alij negant.

* *Vide Nau. nu. 6. Azor. l. c. q. 3. Med. l. 1. c. 14. §.*

4. *Sot. l. c. q. 2. art. 2. Val. l. c. p. 3.*

4 Mortale est iurare te facturum quod credis te facere non posse. Item si iures falsum etiam sine animo iurandi. Item si iures aliquid promittendo sine animo promittendi; ipsum enim iuramentum obligat etiam non habentem animum se obligandi, modo habeat animum iurandi. Quidam tamen dicunt;

Q 3

iura-

iurantiem sine animo se obligandi, peccare quidem, sed non obligari, adduntque, qui non habet animum implendi, non habere promittendi, adeoque nec se obligandi.

* Mortale } Syl. Iuramentum 4. q. 25. Nau. n. 22.

Item 1. } Caiet. cuius sententiam tutiorem dicit Sot. l. 8. q. 1. art. 7. col. 26.

Item 2. } Nau. nu. 13.

Quidam } obligare iuramentum factum sine animo se obligandi, ait Caiet. 2. 2. q. 89. art. 7. ad 4. Sot. l. c. art. 7. ad 4. negat Syl. l. c. q. 19. Nau. l. c. nu. 38. Vide Azor l. c. c. 4. q. 2.

5 Qui se iurat facturum peccatum veniale, peccat venialiter: si vero iurat sine animo faciendi, peccat mortaliter.

* Qui } Nau. num. 16.

Si vero } Nau. num. 13.

6 Non est mortale iurare se non facturum quod facere melius est, nec si iures falsum quantum ad verba, sed verum quantum ad intentionem petentis iuramentum, ut tempore pestis te non venire ex illo loco, subintelligendo in quo sit pestis, ut ille putat; aut non cum illo locutum, scilicet quod ille suspicatur. Ita quidam probabiliter: quod mihi non admodum tutum videtur, nec probarim faciendum, nec tamen factum improbarim, item que secundum istos potes iurare Iudici te non fecisse, scilicet ut ille putat, & cogenti facere, quod non licet, aut non teneris se facturum, scilicet

scilicet si licebit, vel si teneberis, & extorqueti aliquid iniuste, re nescire, scilicet sic ut illi tenearis dicere. Denique cum non teneris iurare ad mentem petentis, posse ad tuam, quod alij negant, dicentes verba absolute falsa non excusari illa mentis subintellectione. Vtrique docti, vtrique probabiliter. * *Nau. num. 19.*

Ita quidam } *vide Valerium l.c. p. vlt. prope finem.*

Scilicet sic } *Vide Nau. numer. 8. 18. 19. Syl. l. c. 5. numer. 2. Azor. l.c. q. 4. vbi quinque regulæ lectu dignæ.*

Denique } *Vide Sol. l.c. art. 7. 4.*

7. Rem leuem iuramento promissam non præstare, non est mortale, etsi quidam esse affirmant: atq; itidem dicendum si rei promissæ particula aliqua omittatur. Illud certum apud omnes, quidquid etiam leuissimum falsò iuratur asserendo aut negando, esse mortale.

* *Nau. num. 10. disput. Sol. l.c. art. 7. Ant. 2. p. tit. 10. c. 4. §. 1. Azor. l.c. c. 5. q. 3.*

Et } *Caiet. 2. 2. q. 87. art. 7. dub. 1. Philiaricus t. 1. l.c. 3. Eu. Iuramentum num. 12. Val.*

Illud certum } *Azorius l.c. c. 4. q. 1. Conar. p. §. linc. Quamuis, de pass.*

8. Qui se iurat aliquid facturum, quod postea facere non decet, non tenetur facere: nec si iuravit alterius causa, qui fieri non vult: nisi simul ad honorem Dei iurasset; esset enim tunc velut votum quoddam: quamquam &

Q 4 hic

hic etiam, secundum quosdam, non tenetur, si ille cuius fieri interest, relaxet obligationem; ut si quis ad Dei honorem iurasset pauperulam ducere, illaque relaxet.

* *Tol. l. c. c. 21. num. 8. Val. l. c. p. 30.*

Non decet. *3 Tol. l. 22. num. 4.*

Nec si *3 vide Fum. l. c. num. 22.*

Relaxet *3 Tol. c. 22. num. 6.*

9 Fraude inductus ad iurandum, quam si non iurasset, non tenetur. At extortum vi iuramentum de re non illicita, obligat, nisi per Superiorem relaxetur, aut sit de matrimonio contrahendo ex metu ad id incusso facto, qui cadat in constantem virum.

* *Vide Syl. l. c. 4. num. 8. & 19.*

At extortum *3 Sot. l. c. art. 7. col. 17. Azor. lib. 1. c. 11. q. 12. Cou. in c. Quamuis de pac. p. 1. §. num. 5.*
10 Iuramentum de re imprudenti, aut indifferenti, aut melioris boni impeditiua, non obligat: id tamen postremum intelligunt quidam, nisi iurasses in alicuius fauorem: verbi gratia, ducere aliquam: non enim potes omittere ob continentiam, sed ob Religionem, aut Sacerdotium potes. Vide MATRIMONIUM, SPONSALIA, VOTVM, & c. 16. de spons. & matrim.

* Non obligat *3 Sot. l. c. art. col. 9. Azor. l. c. 6. 5. q. 1.*

Impeditiua. *3 vide Azor. l. c. q. 4. fuse diffuse. ventem, Val. l. c. P. vlt.*

11 Iurans

11 Iurans redire ad carcerem, tenetur, (nisi esset iniquè detentus) etiam cum vitæ periculo. Quidam tamen etiam ad iniustum carcerem redeundum aiunt, nisi iuramentum relaxetur per Episcopum.

* *Couar. l. 1. var. resol. c. 2. nume. 10. & Nauar. numer. 18.*

12 Ciuitas tenetur iuramento maiorum, nō vi iuramenti, sed pacti, & fidelitatis: itaque si non seruet, non est periura.

* *Vide Fum. l. c. num. 34. iusiurandum enim est vinculum personæ, Azor. l. c. c. 8. q. 5.*

13 Iurans alterius factum, tenetur solum dare operam vt fiat.

14 Iurans parère potest appellare à grauamine iniquo.

15 Iurans facere certo tempore, si non potest tenetur postea, nisi respectū habuerit solum ad illud tempus. * *Vide Nau. num. 22.*

16 Iurans nō obligatur ad ea, ad quæ nō intendebat se obligare, scilicet ad ea de quibus si cogitasset, non ea intendisset in alijs quæ promittebat includere, sed exclusisset; nec etiam obligatur si id accadat, quod si fuisset iuramenti tempore, id fuisset temerarium.

17 Iurans puellæ sponsalitia, alioqui se non passuræ ab illo violari, tenetur ducere, etiā si fictè iurasset: nisi sit admodū dispar cōditio.

18 Tenetur quis iuramento factō à Procuratore suo nomine ex speciali mandato.

Q. 5

Potest

* Potest enim præstari iuramentum per procuratorem *ex c. Nullam de iuram. calum. 6. Azor. l. c. c. 7. q. 13.*

19 Iuramentum confirmat contractum iure irritum ob fauorem priuatum, secus si irritum est ob fauorem publicum: itaque firmat contractum impuberis doli capacis. Quidam tamen aiunt, iuramentum sortiri naturam actus cui adhæreat, adeoque non facere irreuocabile, quod secundum ius est reuocabile, vt testamentum: alij, nisi lex etiam iuratos contractus irritet, firmari iuramento. Mihi placet distinctio posita supra.

* *De hoc multa Couar. in cap. Quamuis de pass. p. 2. c. 1. Azor. c. 7.* dicens, contractum solum iure ciuili iuramento confirmari.

20 Iurans soluere, potest compensare, nisi contrarium intendisset, dum iurauit.

* *Duas sententias oppositas lege apud Couar. l. c. p. 1. §. 4. num. 9. & Azor. l. c.*

21 Iuramentum secundum contrarium primo non obligat.

* *Syl. l. c. 4. num. 12. Azor. c. 6. q. 2.* neque tollit priorem simplicem promissionem contrariam *Azor. l. c. q. 1. cum Io. And. Abba. Ant. But. contra Innoc. in c. veniens de iureiur.*

22 Iuramentum tenetur implere etiam Religionē ingressus, si potest, nisi haberet modum voti, vt cum sit ad honorem Dei.

23 Iuramentum de celando secreto, intelligitur,

gitur, nisi id alteri noceat. * *Fum. num. 25. l. c.*
 24 Iuramentum seruandi omnia statuta, intelligitur si sint licita, & nisi abrogentur.

* *Fum. num. 38. § Nisi. Azor. c. 8. q. 8.*

25 Ciuitatis iuramentum si maior pars non seruat, non videntur alij teneri: non enim putandi se obligasse in tali casu.

* *Vide Fum. num. 35. Azor. l. c.*

26 Peritium ex se grauius est homicidio; secus est ex parte damni. * *Syl. vers. Peritium. n. 2.*

27 Potest ab infideli peti vt iuret, & Iuramentum eius per falsos Deos recipi.

* *D. Tho. Syl. l. c. 4. num. 4. Fum. l. c. nu. 8.*

28 In dubio de validitate iuramenti, interpretabitur habens Episcopi auctoritatem.

29 Iuramentum factum in alicuius fauore, potest iste relaxare, vel eius Superior.

* *Syl. l. c. 5. nu. 8. Tol. l. c. c. 23. nu. 2. Sol. l. c. art.*

9. col. 2. Val. l. 6. p. vlt.

30 Iuramentum impuberis irritatur parte contradicente. *Vide glo. 32. q. 2. Mulier.*

31 Pater potest irritare iuramenta filij habetia speciem voti, vt potest vota: & quisq; iuramenta subditi facta de rebus sibi subiectis.

* *Vide Nau. l. c. nu. 69. Syl. l. c. 5. nu. 7. Thom. 2. 2. q. 89. Mol. d. 149. co. 4.*

32 Qui ex priuilegio potest dispensare in votis, vel commutare, non propterea potest id ipsum in iuramentis. *vide Nau. c. 27. nu. 275.*

* *V. ind. p. 3. c. 14. num. 8. dicit, potentem vota*

commutare posse etiam iuramenta, idem
Arrag. 2. 2. q. 88. art. 12. Nau. negat. c. 27. nu. 275.
 vide fusè tradita ab *Azorio l. c. c. 10. q. 2. Sot. l. c.*
art. 9. negat Papam dispensare posse in iura-
mento; quo aliquid tercio promissum est; Tol.
c. 23. nu. 3. in duob. casib. id à Papa fieri posse,
tradit Azor. 9. q. 3. iusta. de causa: & quæ causæ
iustæ sint, docet. q. 7. & 10.

Quod si *D. Tho. l. c. art. 9. Syl. l. c. 5. nu. 3. 4.*
 33 Episcopus post dispensare in iuramentis
 nō reseruat Papæ ex lege vel consuetudine.

**Vide Syl. l. c. num. 4. ita Azor. c. 9. q. 6. Tab.*
vers. Iuramentum q. 2. omne iusiurandum ab
Episcopo relaxari posse ait. Caiet. 2. 2. q. 89. art.
9. Sot. l. c. q. 1. ar. 9. dicunt iurisiurandi relaxatio-
nem in ijs casib. in quib. & voti, Papæ esse re-
seruatam: vt castitatis, Religionis, Peregrina-
tionis Romanæ, Hierosolymitanæ, Compo-
stellanæ, & hoc placet Azorio c. 9. q. 4.

Principum præterea, & collegiorum iu-
 ramenta Papæ sunt reseruata. *Sot. Azor. l. c.*

34 Iuramentum à se factum in Dei gloriam,
 potest quisque commutare in rem apertè me-
 liorem.

**C. Peruenit. 2. de iureiur. Azor. c. 10. q. 1. vide*
cap. Qui bona 17. q. 1.

35 Potest quis urgente necessitate, qua non
 potest adiri Superior, iuramentum violare,
 credens in illa non obligari, vt sentit *Syl. ver.*
Iuramentum. num. 18.

**Syl.*

*Syl.l.c.5.num.18.

36 Dispensatio iuramenti sine causa non valet.*Azor.l.c.q.9.

37 Qui iuravit non petere dispensationem voti, vel iuramenti, vel ea non uti, poterit rem Superiori indicare, si id ratio postulet: & si is dispensationem dederit, uti. *Ex Soto.*

*Addit. De iurisiurandi relaxatione *Conar. in c. Quamuis. p. 2. §. 3. Azor l. c. c. 9. de commutatione c. 10. multa eruditè.*

In iusiurandum assertorium nulla cadit dispensatio. *Sot. l. 8. q. 1. ar. 9. Syl. l. c. 5. n. 1. Con. in c. Quamuis de pact. 1. p. §. 3. nu. 5. Azor. l. c. 9. q. ex D. Thom. & communi.*

Iusiurandum contra bonos mores in validum est. *c. nō est obligat. de reg. iur. Azor. c. 6. q. 4.*

Sapius iurans, nulla habita ratione illius, quod iurat, an verum, vel falsum sit, peccat mortiferè *Azor. c. 2.*

Si infectus hoc scelere sapius iurandi, tertio aut quater à Confessario admonitus, nullo usus sit studio ad hanc labem tollendam, differatur absolutio; nisi aliqua causa aliud velit. *Azor. l. c. q. 4.*

In iudicio in potente loqui verba esse ad perfectum iusiurandum necessaria, docet *Tiraquel. Pau. Aret. Alex.* sed negant, verius *Anch. Abb. Cynus, Butrius, Azorius c. 2. q. 4.* neque enim leges, Canones vel ius diuinū, aut naturale id exigunt: & matrimonia nutibus celebrantur.

Q7

Qui

Qui urbanitatis gratia iuravit. Per Deum non ibo, non faciam, non violat iurandū si eat, faciat. *Caic. 2. 2. q. 89. art. 7. dub. 2. Sor. lit. art. 7. Azor. c. 4. q. 4* contra quosdam.

Iudex non peccat, si ordine iuris seruatō ad iurandum cogat, quem scit falsō iuraturum. *Ric. 3. d. 39. art. q. 3. Azor. c. 12. q. 2. Priustus tamē homo peccaret mortiferē, Sylu. Lex nu. 13. V. Decimo.*

IURISDICTION.

1. Iurisdictionem dat tacita ratihabitio.
2. Iurisdictionis concessio est fauorabilis, nec censetur reuocata ante reuocationis notitiam. Quod si publica est, potest eam exercere qui non est denunciatus, excommunicatus, aut suspensus, *secundum Nauar.* quod ego intelligo quantum ad validitatem; nam quantum ad peccatum, qui est ab ea suspensus, nō video quomodo possit licitē.

**Notitiam* } *Conar. pract. q. c. 9. n. 7.*
3. Iurisdictione delegata in aliqua causa, qui nondum cepit uti, expirat morte delegantis ei nota, nisi aliud constet de huius voluntate.
4. Iurisdictione commissa, intelliguntur commissa omnia sine quibus non potest cōmodē expediri.
5. Iurisdictio voluntaria, id est, quando nemo se opponit, potest ybique & semper exerceri.

Instit.